

MISSA DE DULCISSIME NOMINE IESU

MASS IN HONOUR OF THE
HOLY NAME OF JESUS
ACCORDING TO THE
USE OF SALISBURY

CELEBRANT AND CLERK



THE
EXPERIENCE
OF WORSHIP

ST TEILO'S CHURCH
13-15 SEPTEMBER, 2011

After the Procession, the Clerk [= S] takes the chalice and paten, cruets, pyx and Pax board to the Jesus altar; then the lavabo bowl, cruet and towel to the piscina. He lights the candles on the altar.

VESTING IN THE SACRISTY

Priest vests in sacristy, saying

1 Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita,
Imple supérna grátia,
Que tu creásti péctora.

2 Qui Paráclitus díceris
Donum Dei altíssimi
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

3 Tu septifórmis múnere,
Dextre Dei tu dígitus
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

4 Accénde lumen sénsibus;
Infúnde amórem córdibus,

Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérfici.

5 Hostem repéllas lóngius,
Pacémque duces prótinus;
Ductóre sic te prévio,
Vitémus omni nójum.

6 Per te sciámus da Patrem
Noscámus atque Fílium
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni tempore.

7 Sit laus Patri cum Fílio
Sancto simul Paráclito
Nobísque mittat Fílius
Charísma Sancti Spíritus.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur. R. Et renovábis fáciem terre.

Collect for purity

Deus, cui omne cor patet et omnis volúntas lóquitur,
et quem nullum latet secrétum,
Purifica per infusiónem Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri,
Ut te perfécte diligére et digne laudáre mereámur.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum:
Qui tecum vivit et regnat, in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti Deus,
Per ómnia sécula seculórum. Amen.

Antiphon and Psalm 42 (43)

Introíbo ad altáre Dei.

1 Iúdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta:
ab hómine iníquo et doloso érue me.

2 Quia tu es Deus fortitúdo mea:
quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

3 Emítte lucem tuam et veritátem tuam:
ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum,
et in tabernácula tua.

4 Et introíbo ad altare Dei: ad Deum qui letíficat iuventútem meam.

5 Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus:
quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

6 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi:
salutáre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri et Fílio: et Spíritui Sancto
Sicut erat in princípio et nunc et semper: et in sécula seculórum. Amen.

Introíbo ad altáre Dei ad Deum qui letíficat iuventútem meam.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster qui es in celis sanctificétur nomen tuum.

Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, Sicut in celo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie.

Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.

V. Et ne nos indúcas in tentatióñem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Confitémini Dómino quóniam bonus:

R. Quóniam in séculum misericórdia éius.

Entrance

S takes Missal from altar of vesting.

P and S leave sacristy as singers begin Introit.

Both bow to the main altar, process through the chancel, turn left, go through the arch, turn left again and stand before the Jesus altar step.

Preparation of the Vessels

P and S bow to altar.

S goes up to the altar with Missal, and places it to left of centre.

S then goes to piscina. P also goes to piscina.

S then takes cruet and towel from piscina. P washes hands in piscina.

S returns cruet and towel. P goes to altar.

P takes burse, spreads one corporal, and leaves the other folded on the altar.

P removes veil from chalice and paten.

S removes lid of pyx. P takes host and places it on the paten.

S replaces lid of pyx, than takes cruets (handles away from him).

P takes wine cruet and pours into chalice; S takes cruet back.

S holds up water cruet; P blesses it:

Dominus, ab ipso sis benedicta, de cuius latere exivit sanguis et aqua.

In nomine + Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

P takes water cruet, and pours it into chalice.

S takes back cruet, returns both cruets to end of altar.

P replaces veil on chalice and paten.

P moves below altar step.

S takes Missal and stands on his right.

THE MASS: CONFESSION AND ABSOLUTION

P: Confíteor Déo, Beáte Maríe, ómnibus sánctis, et vobis;
quia peccávi nimis cogitatióne, locutióne, et ópere:
méa cúlpa: précor Sanctam Maríam, omnes sánctos Dei, et vos,
oráre pro me.

S: Misereátur véstri omnípotens Déus,
et dimíttat vobis ómnia peccáta véstra;
líberet vos ab omni málo;
consérvet et confírmet in bono;
et ad vitam perdúcat etérnam.

P: Amen.

S: Confíteor Déo, Beáte Maríe, ómnibus sánctis, et vobis;
quia peccávi nimis cogitatióne, locutióne, et ópere:
méa cúlpa: précor Sanctam Maríam, omnes sánctos Dei, et vos,
oráre pro me.

P: Misereátur véstri omnípotens Déus,
et dimíttat vobis ómnia peccáta véstra;
líberet vos ab omni málo;
consérvet et confírmet in bono;
et ad vitam perdúcat etérnam.

S: Amen.

P: Absolutiónem et remissiónem ómnium peccatórum vestrórum,
spatium vere peniténtie, et emendatiónem vite,
grátiam et consolatiónenem Sancti Spíritus,
tríbuat vóbis omnípotens et misericors Dóminus.

S: Amen.

P continues alone, saying:

V. Adiutorium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cénum et terram.
V. Sit nomen Dómini benedictum. **R.** Ex hoc nunc et úsque in séculum.

P moves up to altar and remains in centre for prayer.

S lays down Missal on altar to left of centre,
and then stands below altar step on that side.

P inclines body and joins hands, saying:

Orémus.

Aufer a nobis, quésumus, Dómine, cunctas iniquitátes nostras,
ut ad sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre.

Per Christum Dóminum nostrum,

Qui tecum vivit et regnat, in unitáte eiúsdem Spíritus Sancti,

Per ómnia sécula seculórum. Amen.

P stands upright, kisses middle of altar and signs face, saying:

In nómine Pátris + et Fílii + et Spíritus + Sáncti. Amen.

Introit and Kyrie

S moves Missal to RH end of altar, then stands behind priest below altar step.

P moves to right-hand end of the altar, and recites Introit and Kyrie privately.

In nómine Iesu omne genu flectátur celéstium terréstrium et infernórum:
et omnis lingua confiteátur quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est
Dei Pátris.

V: Laudáte Dóminum quóniam bonus Dóminus:

psállite nómini eius quóniam suáve.

Glória Pátri, et Fílio, et Spirítui Sáncto:

Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, et in sécula seculórum. Amen

In nómine Iesu omne genu flectátur celéstium terréstrium et infernórum:
et omnis lingua confiteátur quia Dóminus noster Jesus Christus in glória est
Dei Pátris.

Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

Christe eléison. Christe eléison. Christe eléison.

Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

P signs face +, then turns to people, joins hands and elevates arms slightly.
S kneels to left of priest to hold chasuble.

A musical score for 'The Lamb' featuring a single treble clef staff. The staff begins with a vertical bar line. To its left, the word 'Priest' is written above the staff. To its right, the word 'Choir' is written above the staff. Six black dots are placed on the staff, representing the melody for both voices.

Do - mi - nus vo - bis - cum. Et cum spi - ri - tu tu - o.

P turns east, then sings:

A musical staff with a treble clef. It contains four notes: a dotted half note followed by three eighth notes. The word "Priest" is written above the staff.

O - re - mus

Collects (1) of the Holy Name, (2) for benefactors

Deus, qui gloriosíssimum nomen Dómini nostri Iesu Christi unigéniti Filii tui
fecísti fidélibus tuis summo suavitatis afféctu amábile;
et malígnis spirítibus treméndum atque terríbile;
concéde propítius, ut omnes qui hoc nomen Iesu devóte venerántur in terris,
sancte consolatiónis dulcédinem in presénti percípiant
et in fúturo gáudium exsultatiónis et interminábilis iubilatiónis obtineant.

Oremus

Miserére, quésumus Dómine, animábus Thome ap Rhys
et ómnium benefactórum nostrórum defunctórum;
et pro beneficiis que nobis lárgiti sunt in terris,
prémia etérna consequántur in celis.


Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum:
Qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,

A musical score for 'The Lord's Prayer'. The score consists of two staves. The top staff is labeled 'Priest' and the bottom staff is labeled 'Choir'. Both staves begin with a treble clef and a common time signature. The music consists of a series of eighth-note chords. The 'Priest' staff has a continuous line of eighth notes, while the 'Choir' staff has a line that ends with a vertical bar line and a repeat sign, indicating a continuation of the melody.


Per om - ni - a se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

At the end of the final Collect, P goes to side and sits.


S takes Missal for Lection, standing below the altar step on right, facing people.



Léc - ti - o Ác - tu - us A - po - sto - lór - um.



In di - é-bus il - lis, Pe-trus re-plé-tus Spí - ri - tu Sanc - to di - xit:




Prín - ci - pes pó - pu - li et se - ni - ór - es, au - dí - te:



Si nos hó - di - e di - iu - di - cá - mur




in be - ne - fác - to hó - mi - nis in - fir - mi,




in quo i - ste sal - vus fac - tus est,




no - tum sit óm - ni - bus vo - bis et om - ni ple - bi Ís - ra - el




qui - a in nó - mi - ne Do - mi - ni no - stri Ie - su Chri - sti




Na - za - ré - ni, quem vos cru - ci - fi - xí - stis,



quem De - us su - sci - tá - vit a mó - tu - is,



in hoc i - ste a - stat co - ram vo - bis sa - nus.



Hic est la - pis, qui re - pro - bá - tus est




a vo - bis e - di - fi - cán - ti - bus,



qui fac - tus est in ca - put án - gu - li.




Et non est in á - li - quo á - li - o sa - lus.



Nec e - nim á - li - ud no - men est



sub ce - lo da - tum in ho - mí - ni - bus,



in quo o - pór - te - at nos sal - vos fí - e - ri.

S takes Missal, and holds it for P to recite Gradual, Alleluya and Sequence.

Gradual

Constituit Deus Pater ad déxteram suam Iésum Chrístum in celéstibus super omnem principátum, potestátem et virtútem et dominatióne: et omne nomen quod nominátur non solum in hoc século sed étiam in fúturo, et omnia subiecit sub pédibus eius.

V. Ádiuva nos Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Alleluya

Dulce cordi nomen Iesu,
Melos auri, mel in esu,
Cor vertit in íubilum
Et fugat mundi síbilum.

Sequence Dulcis Iesus Nazarenus (second part)

Iesus pulcher in decore, summe bonus in valore,
mitis lenis in dulcore, pronus ad clementiam.

Iesus est rex generosus, Iesus forma speciosus,
Iesu lingua gloriosus, et mirandus opere.

Iesus fortis animosus, Iesus pugil vigorosus,
Iesus donis copiosus, et gaudet tribuere.

Iesus pie viscerosus, Iesus ductor luminosus,
Iesus est deliciosus, et sapit dulcissime.

Iesus fama gloriosus, Iesus cunctis fructuosus,
Iesus totus virtuosus, fovet suos optime.

Summe potens in vigore, summe celsus in honore,
summe gratus in amore, omnem laudem obtinet.

In sciendo summe sapit, ambiendo cuncta capit,
diligendo corda rapit, et illata retinet.

Eya nomen nobis gratum, dulcis Jesus appellatum,
sit in corde sic firmatum, quod non possit erui.

Hoc reatum peccatorum, tollat prestet iubilorum,
odas sed et beatorum, donet nobis perfrui.

When the choir reaches ‘Eya nomen’, S takes Missal to left-hand end of altar, and waits there.


P goes to centre of altar, faces east, saying: [Hereford rubric]

Dóminus sit in córde et in ore meo
ad pronunciándum sanctum evangélium Dei.
In nómine Pátris et Fílii et Spíritus Sáncti. Amen.

P goes to north end of altar, and turns to greet the people.

S kneels on his left to hold chasuble.

Priest *Choir*



Do - mi - nus vo - bis - cum. Et cum spi - ri - tu tu - o.

P turns east, and announces Gospel from the Missal.

During announcement, he signs + with thumb over Gospel text

Priest



Se quén-ti - a sanc - ti e - van - gé - li - i se - cún - dum Mat - thé - um.

Choir




Gló - ri - a ti - bi Dó - mi - ne.

After the announcement P signs + his forehead, then + breast.

P turns to north, and hands Missal to S. S holds Missal for P.


Priest



In il - lo tém - po - re, Án - ge - lus Dó - mi - ni



ap - pá - ru - it in som - nis Io - seph di - cens:



Io - seph fi - li Da - vid, no - li ti - mé - re



ac - cí - pe - re Ma - rí - am cóñ - iu - gem tu - am:




quod e - nim in e - a na - tum est, de Spí - ri - tu



Sán - cto est. Pá - ri - et au - tem fí - li - um:



et vo - cá - bis no - men ei - us Ie - sum:



ip - se e - nim sal - vum fá - ci - et pó - pu - lum

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: su - um a pec - cá - tis e - ó - rum. Hoc au - tem

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: to - tum fac - tum est, ut a - dim - ple - ré - tur

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: quod dic - tum est a Dó - mi - no per pro - phé - tam

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: di - cén - tem: Ec - ce vir - go con - cí - pi - et

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: in ú - te - ro et pá - ri - et fí - li - um:

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: et vo - cá - bi - tur no - men ei - us Em - má - nu - el,

A musical score in G clef, common time. The melody consists of eighth notes. The lyrics are: quod in - ter - pre - tá - tur No - bís - cum Dé - us.

After the Gospel S lifts the Missal; and P bends down to kiss it.
Then S takes Missal to south side of altar. P moves back to S of altar.

The Offertory

P signs face +; turns to people, joins his hands and elevates arms slightly:
S kneels and holds chasuble, than stands behind P below altar step.

Priest *Choir*

Do - mi - nus vo - bis - cum. Et cum spi - ri - tu tu - o.

P turns east, then sings:

Priest

O - re - mus

P turns back to altar to say Offertory privately:

In nōmine meo demónia eiícient, linguis loquéntur novis: serpéntes tollent: et si mortíferum quid bíberint non eis nocébit; super egros manus impónent et bene habébunt.

P moves to centre of altar.

S goes altar, takes Missal, and sets it down to the left of the centre of the altar; then returns to right side of altar, facing east.

P takes the chalice & paten to the altar, then removes the veil & lays it on altar.

P places the paten before him, raises the chalice slightly, saying:

Súscipe, Sancta Trinitas, hanc oblatiónem

quam ego indígnus peccátor óffero in honóre tuo, Beáte Maríe,
et ómnium sanctórum tuórum,

pro peccátis et offensiónibus meis:

et pro salúte vivórum et réquie ómnium fidélium defunctórum.

In nōmine Pátris et Fílii et Spíritus Sáncti

accéptum sit omnipoténti Deo hoc sacrificíum novum.

P replaces chalice on altar and covers with second folded corporal.
Places bread on spread corporal, in front of chalice.
Takes paten, blesses it, and places it to right of chalice, under the veil.

Washing of hands

S goes to piscina, and takes cruet and towel

P says:

Munda me, Dómine, ab omni iniquinaménto córdis et corpóris mei;
ut possim mundus implére ópus sanctum Dómini.

P then goes to piscina to wash hands, assisted by S.

S replaces lavabo bowl and towel, and goes to stand at foot of altar step, on right side facing east.

P returns to centre of altar, and continues with preparatory prayers, bowing and saying:

In spíitu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur, Dómine, a te:
et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo, ut a te suscipiátur hódie,
et pláceat tibi, Dómine Deus.

P raises himself, kisses altar to right of sacrifice; blesses sacrifice, then crosses himself:

+ In nómine Pátris et Fílii et Spíritus Sáncti. Amen.

Invitation to people

P turns to people, saying silently:

Oráte, fratres et soróres pro me,
ut meum paritérque vestrum accéptum sit Dómino Deo nostro sacrificium.

All present (also silent):

Spíritus Sancti grátia illúminet cor túum et labia tua,
et accípiat Dóminus digne hoc sacrificium laudis de máníbus tuis
pro peccátis et offensiónibus nostris.

The Secret

P turns back to altar, saying in a low voice:

Orémus.

In venerátione nóminis dilectíssimi Filii tui Dómini nostri Iesu Christi,
tibi, Deus pater misericordiárum, dévotis méntibus hóstias immolámus;
supplíciter deprecántes, ut eárum virtúte cunctis egéntibus prestétur auxílium,
ut in eodem nómine delectántes, salutárem sui propósiti consequántur
efféctum.

Oremus.

Placéat tibi, Domine, sacrificii preséntis oblátio,
pro nostra, *Thome ap Rhys*, omniumque benefactórum nostrórum salúte;
quorum quárumque memóriam speciáli afféctu recólimus,
ómnibusque Christiánis vivis ac defunctis miserére propítius.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum
qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,

Priest

Choir



Per om - ni - a se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

SURSUM CORDA AND PREFACE

P raises hands to sing Sursum Corda (still facing altar):

Priest *Choir*

Dó - mi - nus vo - bís - cum. Et cum spí - ri - tu tu - o.

Priest *Choir*

Sur - sum cor - da. Ha - bé - mus in Dó - mi - no.

Priest

Grá - ci - as a - gá - mus Dó - mi - no De - o no - stro.

Choir



Dig - num et iu - stum est..


P lowers hands and continues Preface (overleaf):



Ve-re dignum et ius-tum est é-qu um et sa - lu - tá - re,




nos ti - bi sem-per et u - bí - que grá - ti - as á - ge - re:



Dó - mi - ne sanc - te, Pa ter omní-po-tens e - té - ne De - us.



Qui - a per in - car - ná - ti Ver - bi my - sté - ri - um:



No - va men - tis no - stre ó - cu - lis lux tu - e



cla - ri - tá - tis in - fúl - sit.



Ut dum vi - si - bí - li - ter De - um co gnó sci - mus:



per hunc in in vi si bí-li - um a - mo - rem ra - pi - á - mur.



Et í - de - o cum án - ge - lis et arch-án - ge - lis,



cum thro - nis et do - mi - na - ti - ó - ni - bus,



cum - que om - ni mi - lí - ti - a ce - lé - stis ex - ér - ci - tus



hym - num gló - ri - e tu - e cá - ni - mus:



si - ne fi - ne di - cén - tes.

C raises arms slightly and joins hands saying:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt celi et terra glória tua. Osánna in excélsis.

Signing cross on face he continues:

+ Benedictus qui venit in nómine Dómini.

Osánna in excélsis.

The bell is rung. One chosen from the people brings an elevation light to the altar step, and kneels at the step.

S kneels to right of C, ready to hold chasuble at elevation.

THE CANON OF THE MASS

P joins hands, raises eyes; then inclines body forward:

Te ígitur, clementíssime Pater,
per Iesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum,
súpplices rogámus bows ac pétimus,

P stands upright; kisses altar on right of sacrifice

uti accépta hábeas et benedícias

makes sign of cross three times over chalice and bread

hec + dona, hec + múnera, hec + sancta sacrificia illibáta,
raises hands

In primis que tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta Cathólica,
quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignérís toto orbe terrárum,
una cum fámulo tuo Papa nostro Benedicto,
et Antistíte nostro Barry
et Regina nostra Elisabetha
et ómnibus orthodóxis atque cathólice et apostólice fidei cultóribus.

P prays first for self; second, for father and mother (both carnal and spriritual)
and other relations; third, for special friends, parishioners and others; fourth,
for all persons present; fifth, for all Christian people, including his own friends.

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum N. et N.
et ómnium circumstántium quorum tibi fides cógnita est et nota devótio;
pro quibus tibi offérimus vel qui tibi ófferunt hoc sacrificium laudis,
pro se, suísque ómnibus, pro redemptióne animárum suárum:
pro spe salútis et incolumitátis sue, tibíque reddunt vota sua
etérno Deo vivo et vero.

Communicántes et memóriam venerántes,

Imprimis glóriose semper Vírginis (inclines slightly) Maríe,
genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi.

Sed et beatórum apostolórum ac mártirum tuórum,
Petri, Pauli, Andrée, Iacóbi, Iohánnis, Thome, Iacóbi,
Phílippi, Bartholoméi, Matthéi, Simónis et Thadei,
Lini, Cleti, Cleméntis, Sixti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii,
Chrysógoni, Iohánnis et Pauli,

Cosme et Damiáni, et ómnium sanctórum tuórum,
quorum méritis precibúsque concédas,
ut in ómnibus protectiónis tue muniámur auxílio.

Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Regards host with great devotion then bows:

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostre,
sed et cuncte famílie tue, quésumus, Dómine,
ut placátus accípias, diésque nostros in tua pace dispónas,
atque ab etérna damnatióne nos éripi,
et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.

Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Regards host again:

Quam oblatiónem tu, Deus ómnipotens, in ómnibus, quésumus,

Makes three crosses over each oblation:

Bene+díctam, ascríp+tam, ra+tam, rationábilem,
acceptabilémque facere dignéris,

Makes a cross over the host:

ut nobis cor+pus

Makes a cross over chalice:

et san+guis

Joins hands:

fiat dilectíssimi Fílli tui Dómini nostri Iesu Christi.

[turn]

Consecration and Elevation

P raises and joins hands; wipes fingers and elevates host a little:

Qui prídie quam patéretur,
accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas,
et elevátis óculis in celum (*raises eyes*)
ad te Deum Patrem suum omnipoténtem,
(*bows, then stands a little more upright*)
tibi grátias agens, bene+díxit, fregit,
(*touches the host*)
dedítque discípulis suis, dicens,
Accípite et manducáte ex hoc omnes.
(*Bows, then utters last five words said under one breath without pause*)
Hoc est enim corpus meum.

P elevates host high and holds it there for a while.

S holds chasuble while the host is raised.

The elevation light is raised, and the bell rings three times.

P replaces host reverently before chalice, + making the sign of the cross with it.
Uncovers chalice; takes it in both hands, keeping thumb and forefinger
together (*except when signing the cross*):

Símili modo postquam cenátum est,
accípiens et hunc preclárum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas,
(*raises his eyes*)
item tibi (*bows*) grátias agens,
bene+díxit, dedítque discípulis suis, dicens:
Accípite, et bíbite ex eo omnes.

Elevates chalice a little:

Hic est enim calix sanguinis mei novi et etérni testaménti:
mystérium fidei:
qui pro vobis et pro multis effúndetur
in remissiónem peccatórum.

Elevates chalice to chest or even above head:

Hec quotiescúmque feceritis,
in mei memóriam faciéatis.

S holds chasuble while chalice is raised.

The elevation light is raised, and the bell rings three times.

P replaces chalice; rubs fingers over it to remove any crumbs
Covers chalice with folded corporal.

Raises arms in form of cross with fingers joined:

Unde et mémores, Dómine,
nos servi tui, sed et plebs tua sancta,
eiúsdem Christi, filii tui, Dómini Dei nostri,
tam beáte passiónis, necnon et ab ínferis resurrectiōnis;
sed et in celos glorióse ascensiōnis:
offérimus precláre maiestáti tue de tuis donis ac datis

Makes five crosses, the first three over the host and chalice:

hóstiam pu+ram,
hóstiam sanc+tam,
hóstiam et immacu+látam,

The fourth over the bread:

Pa+nem sanctum vite etérne,

The fifth over the chalice:

et cá+licem salútis perpétue.

Raising his eyes

Supra que propício ac seréno vultu respícere digneris: et accépta habére,
sicut accépta habére dignátus es múnera púeri tui iusti Ábel,
et sacrificiūm patriárche nostri Ábrahe,
et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech,
sanctum sacrificiūm, immaculátam hóstiam.

[turn]

Bows and interlinks fingers

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus,
iube hec perférri per manus sancti ángeli tui in sublíme altáre tuum,
in conspéctu divíne maiestátis tue;
ut quotquot

Raises self and kisses altar on right of sacrifice:

ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui

Makes sign of cross over host:

Cor+pus

And over chalice:

et sán + guinem sumpsérimus,

Signs self on face:

omni bene+dictióne celésti et grátia repleámur.

Per eundem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P prays for dead, raising his eyes:

Meménto étiam, Dómine,

animárum famulórum famularúmque tuárum *Thome ap Rhys* et omnium
benefactorum nostrorum,

qui nos preprocessérunt cum signo fidei et dórmiant in somno pacis.

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus,

locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur.

Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Strikes breast once:

Nobis quoque peccatóribus, fámulis tuis,

de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus,

partem áliquam et societátem donáre dignéris,

cum tuis sanctis apóstolis et martyribus:

cum Iohánne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno,

Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnéte, Cecília, Anastásia,

et ómnibus sanctis tuis:

intra quorum nos consórtium, non estimátor mériti,

sed vénie, quésumus, largítor admítte.

Per Christum Dóminum nostrum.

Per quem hec ómnia, Dómine, semper bona creas,
Makes sign of cross three times over chalice:
Santí+ficas, viví+ficas, bene+dícis, et prestas nobis.

P uncovers chalice, and sets corporal to one side

P signs cross over chalice with host five times:
first beyond chalice, on either side;
second, level with chalice; third, within it;
fourth, beyond chalice (as at the first time); fifth, in front of it:

Per ip+sum, et cum ip+so, et in ip+so,
est tibi Deo Patri omnipo+ténti,
in unitáte Spíritus + Sancti, omnis honor et glória.


Priest *Choir*




Per om - ni - a se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

P takes folded corporal and covers chalice.
P having covered chalice, keeps hands on altar.


Priest



O - ré - mus. Pre-cép - tis sa - lu - tá - ri - bus mó - ni - ti,




et di - ví - na in - sti - tu - ti - ó - ne for - má - ti:



au - dé - mus dí - ce - re:


P raises hands and continues with Pater noster:




Pa - ter nós - ter qui es in cé - lis




sanc - ti - fi - cé - tur nó - men tú - um,




ad - vé - ni - at rég - num tú - um,




fi - at vo - lún - tas tú - a



si - cut in cé - lo et in térr - ra,




pá - nem nós - trum quo - ti - di - á - num da nó - bis hó - di - e,




et di - mít - te nó - bis dé - bi - ta nós - tra



si - cut et nos di - mí - ti - mus de - bi - tó - ri - bus nó - stris



et ne nos in - dú - cas in temp - ta - ti - ó - nem,



R. sed lí - be - ra nos a má - lo.

P adds 'Amen' privately, and continues:

Líbera nos, quésumus, Dómine, ab ómnibus malis:
pretéritis, preséntibus, et futúris;
et intercedénte beáta et gloriósa semper vírgine Dei genitríce María
et beátis apóstolis tuis Petro et Paulo atque Andréa, cum ómnibus sanctis.

P takes paten, kisses it then forms a cross, raising it to the left eye, the right eye, and then above head.

Replacing paten in front of chalice, P says:

Da propícius pacem in diébus nostris,
ut ope misericórdie tue adiuti,
et a peccáto simus semper líberi,
et ab omni perturbatióne secúri.

Fraction

P uncovers chalice; bows, takes host between thumbs and forefingers;
Holds up host over bowl of chalice and breaks into three parts, saying:

At first fraction:

Per eundem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum,

At second fraction:

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus.

Holding two parts in the left hand, and one in the right hand above the chalice, he sings:

Priest

Choir

Per om - ni - a se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

Signing cross within chalice with third part of host, he sings:

Musical notation for the Priest's Pax. The staff begins with a treble clef, a common time signature, and a key signature of one sharp. The vocal line consists of a series of eighth-note pulses. Above the staff, the word "Priest" is written in a cursive script. Below the staff, the Latin text "Pax Do+-mi - ni sit sem+ - per vo+ - bis - cum." is written in a serif font, aligned with the notes.

Musical notation for the Latin phrase "Et cum spiritu tuo". The notation is in G clef, common time, and consists of six quarter notes followed by a repeat sign. The lyrics "Et cum spí - ri - tu tu - o." are written below the notes.

Agnus Dei

P continues privately:

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.

P makes sign of cross with third part of host and puts it in the blood within the chalice:

Hoc sacro + sáncta commíxtio córporis et sanguinis Dómini nostri Iesu Christi,
fiat mihi omnibúsque suméntibus salus mentis et córporis:
et ad vitam etérnam promeréndam et capescéndam prepáratio salutáris.
Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Before the Pax, he says:

Dómine, sancte Pater, omnípotens etérne Deus,
Da mihi hoc sacrosánctum corpus et sanguinem Fílii tui
Dómini nostri Iesu Christi ita digne súmere:
ut merear per hoc remissiónen ómnium peccatórum meórum accípere,
et tuo Sancto Spíritu repléri; et pacem tuam habére;
quia tu es Deus solus et preter te non est álius,
cuius regnum et impérium gloriósum
sine fine permánet in sécula seculórum.
Amen.

The Pax

P kisses the spread corporal to right of host, then kisses top of chalice
P takes the Pax Board, kisses it, then offers it to the Clerk to kiss.

P Pax tibi et Ecclésie Dei.

Clerk Et cum spíritu tuo.

Clerk takes Pax Board to organ player, singers and people.

The Priest's Communion

P (as peace is circulating) takes host in both hands and prays privately:

Deus Pater, fons et origo totius bonitatis,
qui ductus misericordia Unigenitum tuum pro nobis
ad infima mundi descendere et carnem sumere voluisti,
quam ego indignus hic in manibus meis teneo:

Bows to host:

Te adoro, te glorifico, te tota cordis intentione laudo et precor;
ut nos famulos tuos non deseras,
sed peccata nostra dimittas,
quatenus tibi soli vivo ac vero Deo,
puro corde et casto corpore, servire valeamus.

Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi,
qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto,
per mortem tuam mundum vivificasti:
libera me, queso, per hoc sacrosanctum corpus et hanc sanguinem tuum
a cunctis iniquitatibus meis et ab universis malis;
Et fac me tuis semper obedire mandatis,
Et a te nunquam in perpetuum separari permittas, Salvator mundi.
Qui cum Deo Patre et eodem Spiritu Sancto vivis et regnas Deus,
Per omnia seculorum. Amen.

Corporis et sanguinis tui, Domine Iesu Christe, sacramentum,
quod licet indignus accipio,
non sit mihi iudicio et condemnationi;
sed tua proposita pietate corporis mei et anime saluti. Amen.

Addresses host humbly:

Ave in eternum, sanctissima caro Christi,
mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo.
Corpus Domini nostri Iesu Christi sit mihi peccatori via et vita.

In nomine + Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Signs cross before mouth with host, then receives.

Addresses blood with great devotion:

Ave in etérnum, celéstis potus,
mihi ante ómnia et super ómnia summa dulcédo.
Corpus et sanguis Dómini nostri Iesu Christi
prosint mihi peccatóri ad remédium sempitérnum in vitam etérnam. Amen.

In nómine + Pátris et Fílii et Spíritus Sáncti. Amen.

Receives blood. Bows, and says devoutly:

Grátias tibi ago, Dómine, sancte Pater, omnípotens etérne Deus,
qui me refecísti de sacratíssimo córpore et sanguine Fílii tui
Dómini nostri Iesu Christi:
Et precor, ut hoc sacraméntum salútis nostre,
quod sumpsi indígnus peccátor,
non veniat mihi ad iudícium neque ad condemnatiórem pro méritis meis;
sed ad proféctum córporis mei et ánime salúti in vitam etérnam. Amen.

Ablutions

S stands, takes wine and water cruets, and stands at right end of altar.

P moves to right end of altar; holds chalice in both hands with fingers joined as before. S pours wine into chalice.

P continues:

Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus;
et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

S pours wine into bowl of chalice over P's fingers, rinsing to remove any remnant of consecrated elements.

P drinks remaining liquid:

Hec nos commúnio, Dómine,
purget a crímine,
et celéstis remédii fáciat esse consórtes.

S pours water into chalice for P to drink.

P returns to middle of altar; lays chalice sideways on altar with bowl resting on paten, so any remaining liquid drains off.

S replaces cruets, then goes to piscina and takes lavabo cruet and towel.

P bows, and prays:

Adorémus crucis signáculum:

per quod salútis súmpsimus sacraméntum.

P goes to piscina and washes hands with S holding the lavabo cruet and towel.

S replaces lavabo and towel.

S then moves Missal to right end of altar.

P folds corporals and replaces in burse; holds chalice to mouth to drink any last drop remaining; stacks vessels and burse.

P leaves chalice, paten, and burse on the altar.

S then kneels at the altar step till the end of the Mass.

Communion antiphon

P stands at right of altar to say Communion antiphon:

Vincénti dabo manna abscónditum: et dabo illi cálculum cándidum, et in cáculo nomen novum scriptum quod nemo scit nisi qui accípit. Alleluya

Postcommunions

P + signs face.

P turns westwards.

P joins hands; elevates arms slightly:

S holds chasuble.

Priest *Choir*

Do - mi - nus vo - bis - cum. Et cum spi - ri - tu tu - o.

P turns east, then sings:

Priest

O - re - mus

Sacrosáncta mystéria que súmpsimus, Dómine,
 ad honórem complacentíssimi nóminis Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi
 devotis precórdiis recoléntes;
 quesumus, ut increménta spirituális exsultatiónis nobis accúmulent,
 et afféctum nostrum ad hoc salutíferum nomen Iesu iúgiter impriméndum
 accéndant,
 et ad iubilándum in Iesu salvatóre nostro dulcíssimo,
 tota mentis intentióne promovéant.

Oremus.

Sumpta sacraménta, Domine, nos absolvant a vínculis peccatórum,
 et animábus *Thome ap Rhys* et ómnium benefactórum nostrórum defunctórum
 consórtia obtinéant spiritúum beatórum.
 Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum
 qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,

Priest *Choir*

Per om - ni - a se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

Dismissal

P signs + forehead.

P turn westwards, and sings:

Priest *Choir*

Do - mi - nus vo - bis - cum. Et cum spi - ri - tu tu - o.

Priest

Be - ne - di - cá - mus Dó - mi - no.

De - o grá - ti - as.

P turns back and goes to middle of altar, moving the Missal.

P inclines body and joins hands, praying silently:

Pláceat tibi, sancta Trínitas,
obséquium servitútis mee:
et presta, ut hoc sacrificium quod óculis tue maiestátis indígnus óbtuli,
tibi sit acceptábile, mihi que et ómnibus pro quibus illud óbtuli, sit, te
miseránte, propitiábile.

Qui vivis et regnas Deus per ómnia sécula seculórum. Amen.

P stands upright and makes sign of cross before face:

+ In nómine Pátris et Fílii et Spíritus Sáncti. Amen.

Last Gospel

P recites privately until final clause:

In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum.
Hoc erat in princípio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est.
In ipso vita erat, et vita erat lux hóminum:
Et lux in ténebris lucet, et ténebre eam non comprehendérunt.
Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Johánnes.
Hic venit in testimónium ut testimónium perhibéret de lúmine,
ut omnes créderent per illum.
Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine.
Erat lux vera, que illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum.
In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit.
In pròpria venit, et sui eum non recepérunt.
Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri,
his, qui credunt in nómine eius:
Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri,
sed ex Deo nati sunt. P bows: S kisses the floor.

Et Ver-bum ca - ro fac - tum est, et ha - bi - tá - vit
in no - bis: et ví - di - mus gló - ri - am e - ius
gló - ri - am qua - si U - ni - gé - ni - ti a Pa - tre,
ple-num grá - ti - e et ve - ri - tá - tis.

S stands, goes to altar and takes Missal then steps down behind P.
P bows to altar, and both leave and return to the vestry.

THANKSGIVING AFTER MASS

S sets Missal before P for final Thanksgiving, but then proceeds to bring back the vessels, cruets, pyx and Pax from the altar, and the lavabo cruet and towel.

P recites closing texts:

Song of the Three Children, vv. 62–66, Psalm 150 and Nunc Dimittis

Antiphon: Tríum puerórum cantémus.

1 Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino:

benedícite, servi Dómini, Dómino.

2 Benedícite, spíritus, et ánime iustórum, Dómino:

benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

3 Benedícite, Ananía, Azária, Misaël, Dómino:

laudáte et superexaltáte eum in sécula.

4 Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu:

laudémus et superexaltémus eum in sécula.

5 Benedíctus es, Dómine, in firmaménto celi:

et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sécula.

1 Laudáte Dóminum in sanctis eius: laudáte eum in firmaménto virtútis eius.

2 Laudáte eum in virtútibus eius:

laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

3 Laudáte eum in sono tube: laudáte eum in psaltério, et cíthara.

4 Laudáte eum in týmpano, et choro: laudáte eum in chordis, et órgano.

5 Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus:

laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: omnis spíritus laudet Dóminum.

1 Nunc dimítis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace:

2 Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

3 Quod parásti ante fáciem ómnium populórum:

4 Lumen ad revelatióne géntium, et glóriam plebis tue Israel.

Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto:

Sicut erat in princípio et nunc et semper: et in sécula seculórum. Amen.

Antiphon: Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabant in camíno
ignis benedicentes Dóminum.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster, qui es in celis sanctificétur nomen tuum.

Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, Sicut in celo et in terra.

Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie.

Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris.

Et ne nos indúcas in tentatióne. Sed líbera nos a malo.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in sécula.

V. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto celi:

R. et laudábilis et gloriósus in sécula.

V. Benedícat et custódiat nos Trínitatis Sancta: Amen.

R. Non intres in iudícium cura servo tuo, Dómine:

quia non iustificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

V. Dómine Deus virtútum, convérte nos;

R. Et osténde fáciem tuam et salvi érimus.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

[**V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.]

Oremus.

Deus, qui tribus puéris mitigásti flamas ígnium, concéde propítius; ut nos
fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine; ut tibi casto
córpore serviámus et mundo corde placeámus.

Actiόnes nostraras, quésumus, Dómine, aspirándo prevéni et adiuvándo
proséquere; ut cuncta nostra operátio et a te semper incípiat, et per te cepta
finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

Amen.